



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xiii. De sacra vnctione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De sacra vunctione.

monachus factus est , si tamen de superioris consilio ad eādem domum reuorsus erit, & laudabiliter in ea conuersatus , in abbatem ipsius monasterii præficere liceto.

ii. *Cum contingat* Cui abbatii ab episcopo secundūm morem præficiundorum abbatum manus impositio facta erit , si sacerdos existat , lectors per manus impositionem in suo monasterio solummodo faciundi licentia esto . Qui laici ad monasteria conuolantes à suis abbatibus tonsurati erūt, per primam tōsuram à talibus iuxta formam ecclesiæ datam clericalis ordo confertor.

De sacra Vnctione. Tit. 14.

i. *Cum re nisset.* EPISCOPO , cum consecrabitur , caput & manus ab episcopo , cui mandatum erit , assistentib⁹ ei duob⁹ episcopis secundūm more ecclesiasticum deliniuntor. Vnctionis duæ species sunt. Exteriori , quæ materialis est & visibilis , corpus : cor interiori , quæ spiritualis est & inuisibilis inunguntor . Illa huius signum esto . hæc in ecclesia sacramentum habetur. Oleum , quo exhibebitur , benedicitor . Id cathecumino rum vel infirmorū adpellator . Chrisma ex oleo & balsamo conficitor . Caput episcopi propter dignitatem & authoritatem , manus propter ministerium & officium inunguntor . Christo ecclesiæ capite facto principes amplius in capitne vnguntor . Ad brachium siue humerum vel armum vnc̄tio transfertor . P̄tificis caput chrismate consecrator , brachium principis oleo delinitor . Christiani omnes bis ante baptismū , pri-

De sacramentis non iterandis. 21

mùm in pectore, dein inter scapulas oleo benedicto: bis post baptismum sacro chrismate, primùm in vertice, dein in frōte inunguntor. Fron tis chrismatio, manus impositio, confirmatio dicitur. Cæteras vñctioñes simplici præsbytero vel sacerdoti exhibere liceto. hanc non qñsi sum mus sacerdos id est episcopus conferto. Altare, cum consecrabitur, templum, cum dedicabitur, calix, cum benedicetur inunguntor. In ordinan dis presbyteris, & consecrandis episcopis omneis eum, quem sedes apostolica seruat, morem episcopi tenento.

De sacramentis non iterandis. Tit. 15.

Presbyter & diaconus, cum ordinabuntur, 3. *Presby-*
manus impositionem tactu corporali, ritu ab ter.
apostolis introducto recipiunto. si obmissum
erit: ne iterator, at statuto ad huiusmodi ordi-
nes conferundos tempore quod per errorem
prætermissum est cautè subpletor. Cum oratio
super caput effundetur ordinandi, suspensionē
manuum qui adstabunt clerici faciunto.

Nec, si sine impositione manum ad hypo- 1. *Pasto-*
diaconatus ordinem adsumptus quis erit, nec, si ralis.
cum confirmaretur clericus oleo nō chrismate
per errorē delinitus erit, aliquid iterator. quod
incautè prætermissum erit, cautè subpletor.

Neque, si quis à schismaticis sepultus erit, 2. *Anno-*
exhumator, nec sacerdotalia indumenta, in
quibus exauthorati presbyteri celebrassint, ite-
rum benedicuntor, nec altaria consecrantor.